

# ARISTOTELIS STAGI

RITAE DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER  
PRIMVS, INTERPRETE THEODORO.

*In quibus animalia inter se differant, quibus ue cōueniant, eorundēq; naturae diuersitas. Cap. I*



10

20

30

40

ANIMALIVM partes, aut incōpositę sunt, quę scilicet in similes sibi partes diuidunt, ut caro in carnes, & ob eam rem similes appellant; aut cōpositę, quę aptę secari in partes dissimiles sint, nō in similes: ut manus nō in manus secat, aut facies in facies: quapropter eas dissimiles nominemus. Quo in genere partiū sunt quę nō modo partes, uerum etiā mēbra appellant: uidelicet quę cum ipsę totius integritate describant, habeant tamē intra se partes diuersas suiq; generis opificia, ut caput, ut pes, ut manus, ut totū brachiū aut pectus: quippe quę & ipsa partes sint totę, & ex partibus cōstent diuersis. Quęq; aut pars dissimilari ex similaribus constat, ut manus ex carne, ossibus, nervis. Habent uero animalia partes, aut easdē sibi omnes, aut diuersas. Partes easdem uel specie intelligi uolo, ut hoīs nasus, aut oculus, specie cum naso, aut oculo hoīs alterius cōuenit, et caro cū carne, et os cum osse.

Quod idē de equo, & ceteris quę specie inter se cōsentire statuimus, intelligi debet: ut enim totū se habet ad totū, sic partes singulę sese ad singulas habeant necesse est, uel genere, quancq; excessu, defectu ue inter se differant. De ijs loquor, quorū idem est genus: uerbi gratia, auis, aut piscis: id enim utrūq; differentijs consumit generis. Et species cōplures, tum pisciū, tum etiā auium habent: differūt uero inter se partes penē plurimę eorū contraria affectuū qualitate, ut coloris, aut figurę, eo qđ alię magis, alię minus affectę ijs ipsis qualitatibus sint. Multitudine etiā & paucitate, & magnitudine, paruitateq; & omīno excessu, defectuq; discrepāt, cum alijs crusta, alijs testa pro tegmine habeat: et alijs rostrū porrectius sit, ut gruibus: alijs breue. Penna item alijs uberius, alijs parcius data est. Sed tamē in ijs quoq; ratio partiū nonnullarū diuersa est, cum alię calcari, aut aliquo armentē aculeo, alię nihil eiusmodi habeant: & alijs apex in capite sit, alijs desit. Sedenim qđ propē dixerim, partes plurimę, et ex quibus tota moles cōpacta est, aut eadē sunt, aut ratione contrariorū, & per excessum, defectumq; differunt. Pluris enim, minorisq; rationē, referrī ad excessum defectūq; putauerim oportere. Nō desunt quibus partes nec species sint eadē, neq; excessu, defectu ue, sed proportione cōueniant: quomodo os cum spina, & unguem cum solida unguia, & manū cum forcipato pedis, et pennā cum squama conuenire animaduertimus. Quod em̄ penna in auisū genere est, idem squama in piscibus habetur. Partes quas singula animalia habent, hunc in modū diuersas, easdem ue intelligimus, atq; etiā situ contemplamur. Sunt enim complura, quę easdē habeant partes, sed non situ eodem: uerbi causa, mammas alię in pectore habent, alię in feminibus. Partes aut similes, aut molles, ac humidę sunt, aut siccę, & solidę. Molles inquam, uel omnino, uel quādiu in sede maneant naturalī, ut sanguis, sanies, adeps, seuum, medulla, semen genitale, fel, lac, ubi haberi id potest, caro, & quę ijs proportionē respondeant. Item excrementa omnia, modo tamen diuerso, ut pituita, & sedimenta alui, atq; uesicę. Siccas ac solidas intelligi uolo, neruū, cutem, uenā, pilum, os, cartilaginē, unguem, cornu: æquiuoce enim ad genus appellamus, cum cornutum figura, tum toto dicimus. Item quę ijs proportionē respondent. Animalitū uero differētijs, aut per uitas, aut per actiones, aut per mores, aut per partes cōstitui dignū est. Quibus de rebus primū formula quadā agendū, deinde generatim discussione diligētiorē differendū cēsemus. Profectō differētię quę in morū, uicū, actio-

nūq̄ ratione uersant̄, colligi debēt, eo q̄d alia sint aquatilia, alia terrestria. Et aquatiliū ordo duplex: alia em̄ in fluido degūt, uictūq̄ petūt ex humore: quē etiā humorē per uices recipiūt, & reddūt: nec uiuere possunt, nisi uersent̄ in humore. quod plurimā pisciū parti euenire apertū est. Alia degūt quidē in fluido, uictūq̄ inde emoliūtur: sed aërem nō humorē recipiūt, & foris parere solēt. Cōplura huius generis sunt partim gressilia, ut lutris, latax, crocodilus: partim uolucres, ut mergi, ut urinatrices. Quinetiā quē nullis pedib. innitant̄, ut natrix. Nōnulla cum uictū in humore exercent, nec foris uiuere queāt, nihil uel aëris uel humoris recipiūt, ut urticę, ut ostrea. Aquatilis aut̄ generis alia marina, alia fluuialia, alia lacustria, alia palustria, ut rana, ut cordula. Terrestriū uero animantiū, alia accipiūt, reddūtq̄ aërē (quæ res spiratio nominat̄) ut homo, & quæcūq̄ terrestria habēt pulmonē. Alia q̄uis aërē recipiāt, tamen sedē in terra perpetuò tenēt, & uictū indidē capiunt, ut uespæ, apes, & reliqua insecta. quo noīe ea appello, quorū corpus incisuris præcingit̄, aut parte tantū supina, aut etiā prona. Sed cū terrestriū plura, ut dictū est, cibū ab aquis petant, nullū generis aquatilis est, q̄d & aquā recipiat, & terrā cibi causa petat. Sūt porrò, quę primū uiuāt in humore, deinde forma immutata, foris uitā incipient agere, ut culices palustres: ex ijs em̄ asili proueniūt. Ad hæc, alia sede stabili degunt, alia mutabili, & uaga. Sedes stabilis in humore tantūmodo est. Terrestriū nulla statu immutabili uiuūt. At aquatiliū plura saxi affixa uitā omnē traducūt: ut conchę genera cōplura. Quinetiā spōgia sensum habere aliquē credit̄: argumēto, q̄d multo difficilius abstrahunt̄: nisi clanculū agāt, ut referūt auulsores. Sūt item, quę & adherere soleant, & q̄ties libuit absolui: ut genus quoddā eius, quā urticā uocamus: quippe cum nōnullæ ex ijs noctu absolute pascant̄. Nō desunt cōplura, quę cū sint absoluta, mouere tamen se nequeant, ut ostreę, & quę tota simplici, mīorib. testa operta, uertibula appellant̄, & calli, aut tubera. Vis item alijs nandi tributa est, ut piscibus, ut mollibus, ut crustatis, uelut locustis. Quadā ambulare possunt, ut genus cancerorū: quippe q̄d quanq̄ supapte natura aquatile est, tamen uim habet ambulādi. Terrestriū uero, alia uolucres sunt, ut aues, ut apes: quæ modo inter se quodā alio differunt. Alia pedestria, quorū item alia gressilia, alia reptilia, alia tractilia sunt. Animal q̄d uolucres tantū sit, ut piscis natatile solūmodo est, nullū nouimus. Nam & quæ pennis cuteis uolāt, ingredi possunt. Vnde uespertilioni etiā pedes sunt, & uutilus marinus pedes habet minutos. Sic nōnullę aues de pedes sunt, quæ ob eam rem apedes, à paruitate pedū nūcupantur: q̄d genus auiculę pennis plurimū ualet, sicut cætera q̄q̄ propē similia, ut pennis præualere, sic pedib. degenerare uident̄, ut hirūdo, & falcula, siue riparia: hæc enim omnia, & moribus, & uolatu, & specie proxima inter se conspiciunt̄. Apparet apes omnibus anni tēporibus. Riparia æstate tantū, cū imber incessit: tunc em̄ & apparet, & capiūt. deniq̄ rara hæc auicula est. At uero quę gressilia, eadēq̄ natatilia sint, cōplura reperiunt̄. Nec nō differētijs illas uitę, actionesq̄ animantiū cōtinent. Sunt enim alia gregales, alia solitaria, tum uolucres, tum nantes, tum etiā pedestres. Vitā alia ancipitē degūt, ut eadē modo societate, modo solitudine gaudeāt. Item alia ciuiles, alie inciuiles. Tū ex gregalibus, tum etiā ex solitarijs sunt, gregales in uolucrū genere colūbi, grues, olores. Nullū cui unguis adunci gregatilis esse perpēdimus. Cōplura etiā inter nantes pisciū genera gregatim degerere scimus, ut q̄s cursores uocant, & thunnos, & limosas, & hamias. Hoīs naturā ancipitem societatis, ac solitudinis esse, apertū est. Ciuiles appello animātes, quę labori cōmunicāt idem, quarū opus communi efficiūt opera, munusq̄ idē om̄i est, q̄d nō om̄ib. gregalibus cōpetit. Ciuilis generis est homo, apis, uespa, formica, grus. Quarū alie sub duce degunt, ut grues, ut apes: alie nulli subditę imperio sunt, ut formicę, & alia innumera penē genera. Sunt item tam ex gregalibus, q̄ ex solitarijs, alie quę sedē nunq̄ mutant, alia quę mutare stato tēpore soleāt. Et alia, quæ carne uescant̄, alia quę frugibus, alie om̄ia attingāt.

Non

Nō defunt, quę cibo sui generis utant̄, ut apes, ut aranei. Apes em̄ melle, & quibusdam alijs dulcibus alunt̄. Aranei uenatu muscarū uiuūt. Nōnulla piscibus uesci natura uoluit. Ad hęc, alię aut uim habent uenandi, aut ingenio recōdendi cibi dotatae sunt. Alię nec ad uenandū aptę, nec ad recondendū. Itē alię domicilia sibi parant, ut talpa, mus, formica, musca, apis. Alię nullis se includere casis patiunt̄, ut plures tam insecti generis, q̄ quadrupedis. Quinetiā locis discrimen aliud existit: quippe cū alię cauernas subeant, ut lacerti, ut serpētes: alię per summa telluris degant, ut canis, ut equus: ac alię foramina sibi excauent, alię nunq̄ eo munere fungant̄: & alię noctu uagent̄, ut noctua, uespertilio: alię interdū tantū. Addo etiā alias esse cicures, alias 10 feras. Et alias perpetuō cicures, ut hoiem, ut mulū: alias perpetuō feras, ut pantherā, ut lupū: nōnullas etiā facile posse māscere, ut elephātos. Sed quin aliter partien- dū est. Genera em̄ quęcūq; placida sunt, hęc eadē fera q̄q; possunt reperiri, ut sues, equi, hoies, oues, caprę, canes, boues. Itē alię mutę omnino sunt, alię strepitū tantū elidūt, alię uocē etiā formāt. quarū alię loqui possunt, alię uocē solam nullis exprī- mendā literis reddūt. Atq; alię loquaces, alię taciturnę, alię oscines, alię inoscines. Omnīū uocaliū animantiū cōmunis mos est, ut sui initus tēpore potissimū canāt, & blaterēt. Alię pręterea camporū incolę sunt, ut palūbes: alię mōtis, ut upuę: alię cū hoibus degere solent, ut colūbi. Item alię copia libidinis gaudēt, ut perdicū genus, & gallinaceorū. Alię minus Venere ualēt, ut quę coruinā speciem gerūt: quippe quę 20 raro soleant coire. Marinarū etiā animantiū alię pelagicę, alię litorales, alię saxatiles sunt. Ad hęc, alijs data uis est dimicādi, alijs ingeniū cauēdi, & euitādi. Viribus pol- lent, quę iniuriā uel inferant alijs, uel illatā sibi propulsent, seq; defendant. Cautę & prouidę sunt, quę aliquid in seipsis pręsidij habent cōtra inferendā iniuriā. Differūt pręterea moribus. Nam alię mites, remissę, & minime peruicaces sunt, ut boues. Alię animosę, peruicaces, brutę omnino, ut sues syluestres. Alię ingeniosę ac timidę, ut cerui, lepores, cuniculi. Alię illiberales, perfidę, insidiosęq; ut serpentes. Alię libe- rales, fortes, & nobiles, ut leones. Alię generosę, feroces, insidiosę, ut lupi. Nobile em̄ id est, qd ex bono prodijt genere: generosum aut, qd nō à sua natura degenera- rit. Et alię astutę, malitiosę, callidę, ut uulpes. Alię animosę, & amatrices, & assenta- trices, ut canes. Alię mites, & māsuētudini addictę, ut elephātes. Alię uerecūdę, & 30 cautę, ut anseres. Alię inuidę, & ornatus ac politurę studiosę, ut pauones. Homo unus ex numero animalīū omniū uim obtinet cogitandi. Et cū memorię, atq; disci- plinę cōplures animātes esse participes possint, nulla tamē pręter hoiem potest re- minisci. Sed de moribus, uitaq; generis cuiusq; diligentius pōst.

*Quę corporis partes animalibus communes, quę item proprię sint.*

Caput II

**M**niū aut partes cōmunes animalīū sunt, quę cibis recipiūt, et in quā deuorat. Quas quidē partes & easdē esse, & diuersas, nihil prædictis ratio- nibus prohibet. Aut em̄ specie, aut excessu, aut proportione, aut situ de- terminandū est. Ab ijs alię cōmunes plurimorū animalīū partes habentur, & quę cibi excrementū emittit. Non em̄ hęc omnibus data est. Partē, qua cibis recipiūt, os appellamus: in quā deuorat, uentriculū. Reliqua pars multiplici nomine significat. Sed cum duplex sit excrementū, hoc est siccū, ac humidū: quę partē illam humidū excrementū capientē habent, hęc siccū quoq; receptaculū cōtinent. Quę uero hoc habēt, nō illud etiā habere om̄ia nouimus. Quamobrē quę uesicā habēt, aluum eadē etiā obtinēt. At uero quę aluū habēt, nō om̄ia & uesicā possidēt. Humidū nāq; excrementū cōceptaculū, uesicā: siccū, aluū nominamus. Reliquis magna ex parte tum eę, quas enumerauimus partes tributę sunt, tum etiā qua semen genitale mittat. 40

*Quomodo animalia inter se differant in seminis prolifici emissionē.*

Caput III

**Q**uę modo gignere animal possint, aut in se ipsa semen prolificū mittūt, aut in alterū. Fœmina qd in se mittit, appellat. Mas, quod in alterū. Sed in nōnullis

discrimē id foemine & maris nō est. Species quoq; partiū quę ad ipsam pertinet pro-  
creationē, diuersa est, cū alia uulnam habeant, alia quod uulnæ proportionē respō-  
deat. Partes hæ sunt quæ necessarię uel om̄ibus, uel plurimis datæ animalibus sunt.  
Om̄ibus uero sensus unus tactus inest communis. Itaq; pars qua sentiendi uis ista  
contineatur, nomine uacat. Alijs enim eadem, alijs ex proportione habetur.

*Humorem quodq; animal habere, aliter tamen uel huic, uel illi inesse. Caput IIII*

**H**umorē item genus quodq; animalium cōtinet, quo si aut per uim, aut per  
naturā ipsam priuet, in pernitiē agatur necesse est. Habent etiā id diuer-  
sum, in quo humor ille & fiat, & contineat. Sunt hæc in alijs sanguis, &  
uena: in alijs, quod ijs proportione respondeat: quæ quidē imperfecta  
sunt: atq; alterū fibra, alterū sanies dicit. Tactus itaq; in parte corporis similari consi-  
stit, ut in carne: aut in aliqua generis eiusdē, deniq; in parte sanguinea, aut in ea, quæ  
ex proportione uice illius habeat. Om̄ibus tamē parte similari sensum hunc cōtine-  
ri certū est, sicut ē cōtrario potētias agētes partibus dissimilaribus tributas esse aper-  
tum est: ut ori ciborū confectiōne: pedibus, aut alis, aut quibusuis proportione accō-  
modatis, officiū incedendi. Ad hæc, animalium alia sanguinē habent, ut homo, equus:  
deniq; omnia, quæ aut perfecta pedibus carent: aut binis, quaternis uel pedibus cō-  
stant. Alia exanguia sunt, ut apes, ut uesp̄e. Atq; inter marina, sapiā, locusta, deniq;  
omnia, quæ pedibus plus, quā quaternis innitantur.

*Quæ animalia perfectū animal, quæ oua, quæ uermem gignāt: quōue ritu quæq; incedāt. Cap. V 20*

**H**æc alia animal gignūt perfectū, alia ouū, alia uermem. Procreāt animal,  
homo, equus, uitulū marinus: & reliqua, quę pilis integunt: atq; in gene-  
re aquatili, quæ cete appellamus, ut delphini: & quæ cartilaginea uocan-  
tur. Quorū alteris fistula data est, brāchiæ defunt, ut delphinis, & balenis. Habēt del-  
phin: fistulā à dorso, balenę à fronte. Alteris brāchiæ detectæ, ut mustelo, raia, reli-  
quisq; generis eiusdē. Ouū id ex foetibus perfectis uocamus, cuius ex parte princi-  
pio animal consistit. Reliquū uero alimēto ei, quod gignit, est. Vermis id est ex quo  
toto, animal totū per subiecti foetus formationē, incrementūq; gignit. Animalium er-  
go quæ animal generant, aut oua intra se prius conficiunt, ut cartilaginea: aut illico  
animal intra se formāt, ut homo, ut equus. At uero in lucem foetu perfecto, aut ani-  
mal æditur, aut ouū, aut uermis. Ouū ipsum aut putamine continet testaceo, & bi-  
color est, quale auū esse uidemus: aut cute molli obducit, unicolorq; est, quale car-  
tilaginea, uermesq; pariūt. Vermes item aut cōtinuō mobiles sunt, aut immobiles.  
Sed de ijs accuratius post, cū de generatione ageſ, differemus. Nunc animalium reli-  
quas differentias addimus. Enim uero alijs pedes natura dedit, alijs negauit. Et quæ  
obtinēt pedes, aut binos hæc habēt, ut hoies, atq; aues, duo hæc tantūmodo genera.  
Aut quaternos, ut lacerti, ut canes. Aut plures, ut centipedes, & apes. Verū quæ-  
cunq; ambulāt, om̄ia pedes pari numero possidēt. Quæ aut in genere natante pedi-  
bus carēt, hæc aut pinnis natant, ut pisces (quorū alij quaternas, binas scilicet parte  
prona, & binas supina habēt, ut aurata, ut lupus: alij binas tantū, qui longi leuesq;  
sunt, ut anguillæ, ut congridi) aut nullas om̄ino habēt, ut murena: sed ita mari utunt,  
ut terra serpentes, modoq; simili repunt in humore. Cartilaginei quoq; generis ali-  
qua pinnis carent, uidelicet quæ plana sunt, & caudā habent, ut raia, & pastinaca,  
suaq; ipsa latitudine natant. Raia tamē pinnas habere uidemus, & quæcūq; suam  
latitudinē nō colligunt in mucronē. Quæ aut pedes habere putant, ut mollia, tum  
pedibus ipsis, tum pinnis natant, & quidē ijs celerius, iners aut alueus ducit: ut sæ-  
pia, lolligo, polypus potest, sapiā & lolligo nequeunt. Crusta intacta, ut locustæ suis  
caudis natant, celerrimeq; retrorsum, pinnarū caudæ adiunctarū beneficio. † Croco-  
dilus etiam pedibus natat, & cauda: quā similem siluro habet, quoad paruum ma-  
gno licet conferre. Volucrū aut alia penna uolant, ut aquila, ut accipiter: alie mem-  
brana

Raiam certe  
Theodor. pro  
uatracho, siue  
ranā quādoq;  
uerit: nisi al-  
terutra lingua  
librarius erra-  
uerit.

† Cordula

brana  
aut cu  
Sūt pe  
enim  
qua  
rū tu  
penna  
penna  
nis illi  
runt: u  
bent fa  
ne: a g  
Omni  
tum, q  
& binis  
quæ pi  
notis n  
At uer  
pedest  
descri  
Quip  
drupes  
mili mo  
ra ducit  
genera  
omnia  
dibus  
tū gen  
nullū e  
aut diu  
druped  
alia ouū  
omnia h  
ma sim  
nus leq  
pera un  
cū nō  
progign  
tandum  
ut echin  
quidem  
mina ha  
Nulla fe

brana sicca, ut apes, ut scarabei: alię cute, ut uulpecula, ut uespertilio. Volant pennis, aut cute, quę habent sanguinē. Membranis siccis, quę sanguine carent, ut insecta. Sūt porro, quę uel pennis, uel mēbranis uolant, omnia bipeda, aut apeda. Angues enim circa Aethiopiā tales uolare narrant. Genus pennatū, auem appellamus: reliqua duo genera nomine carent cōmuni. Volucris autē generis exanguis alijs pennis tutelę crusta superuenit, ut uaginipennes possint nūcupari, uelut scarabeis. Alijs pennę nulla crusta integunt: quorū alia bipennes sunt, alia quadripennes. Gerunt pennas quaternas, quę aut grandiora sunt, aut aculeo in aluo armanť. Vaginipennis illius ordinis nullum est, quod aculeū gerat. Bipeda anteriore parte aculeos gerunt: ut musca, tabanus, asilus, culex. Omnia quę sanguine carent, minus, q̄ quę habent sanguinē adolefcunt, paucis marinis exceptis, ut molliū nōnullis: quę quidē generis a grandiora locis tepidis redduntur, & mari potius, aut dulcibus aquis, q̄ terra. Omnia quę se mouent, aut quaternis notis mouent, aut pluribus. Quaternis tantum, quę habent sanguinē: ut hoies binis manibus, binisq; pedibus: aues binis alis, & binis pedibus: quadrupedes pedibus quaternis, pisces pinnis quaternis. Nam & quę pinnis aut nō amplius binis, aut nullis, ut serpentes, utunt, quaternis ea quoq; notis nihilominus mouent: flexus enim quaterni ijs agunt, aut bini cū pinnis binis. At uero quę sanguine uacua pedibus se pluribus moueant, siue uolucres sunt, seu pedestres, ijs certe motus per notas plures exercent: ut animal, quod a uita die uno describenda ephemerū appellatū est, pedibus quatuor, pennisq; totidem mouetur. Quippe quod nō solū uitę suę ratione propriū id meritō habeat, sed etiā cum quadrupes sit, uolucres quoq; est. Omnia porro tam quadrupeda, q̄ multipeda modo simili moueri solita sunt: cunctis enim motus per diametrū agitur. Verum cum cetera ducibus binis pedibus incedant, cancer unus quaternis regi solitus est.

*Quę animalia habeant sanguinem, quę uel eodem careant.*

Caput VI



**S**emma uero animalium genera, in quę singula digerant, rediganturq; animalia, quibus scilicet illa cōsummant, & constent, hęc sunt, auis, piscis, cetus: quę quidē omnia habent sanguinē. Ad hęc genus testaceum est, quod ostreū, siue conchā appellamus: & crusta inclusum aliud, quod noie uacat cōmuni, ut locustarū, & cancrorū, & gammarorū genera: aliud item molle, ut lolligenes, ut lollij, ut sepia. Adde genus insectum: quę omnia genera sanguine carent. Et quorū natura pedes habere patit, multis hęc pedibus cōstant. Sed insectorū uel aliqua uolucres esse apertū est. Reliquorū animalium genera nulla preterea ampla intelligunt, unū enim quod plura genera cōtineat, nullū est. Sed aut simplex est, nullis ipsum specificis euariās discriminibus, ut homo: aut diuidi quidē potest in species, sed nullis noibus distinctas. Quę enim genere quadrupede nō pēnato continent, sanguinē quidē omnia habent: sed alia animal pariūt, alia ouū. Dixerim hęc ouipara, illa uiuipara. Quę igitur animal generant, pilos nō omnia habent: quę aut oua pariūt, cortice omnia muniunt. Cortex hic loco squamę similis potest appellari. Pedestre sanguineū, quod pedibus careat ex natura, genus serpentū est, idq; intectū cortice est. Verū cum ceterę serpētes oua pariant, uipera una animal gignit. Nō enim pilos omnia habent, quę animal generant: quippe cū nōnulli ex piscibus animal procreent. Quę tamē pilos sortita sunt, animal omnia progignūt. Nam pilos quoq; effigie aculei spiculatos, genus quoddā esse pilorū putandum est, quales herinacei, atq; hystrices gerunt. uicem enim uillorū, nō pedum, ut echinnorum aculei præstant. Generis quadrupedū, quę animal gignunt, plures quidem species intelliguntur, sed nullis ferē notatę nominibus. Singulorū enim nomina habentur, ut hominis, leonis, equi, cerui, canis, reliquorumq; ad hunc modū. Nullis ferē inquam, quoniā genus unum, uel super ijs omnibus, quę iumenta nō

minamus, est: ut equo, asino, mulo, ginno, inno, & mulis, quas terra Syria fert, quæ similitudine quadam nomen mularum acceperunt, quanquam non omnino eadem qua mulæ specie continentur. Coeunt enim & mutua inter se ratione progenerant. Naturam itaque eorum, quæ minus genere certo continentur, seorsum sigillatim consideremus, necesse est. Hæc ita impræsentiarum formula exposuisse quadam peregustandi gratia placuit, uidelicet ut quibus de rebus tractandū, et quatenus esset persequendum intelligeretur: post accuratius de iisdem differemus, ut primum differentias, atque accidentia, quæ iuncta cuique sunt, accipiamus, deinde ad eorum comperiendas causas enitamur: ita enim effici potest, ut uia, rationeque docendi utamur naturæ congrua, cum commentatio singulorum antecedit. Hinc enim aperi- 10 tur quibusnam de rebus, & ex quibus effici demonstrationem oporteat. Primum itaque partes animalium, ex quibus constant, enumerasse par est: ijs enim potissimum, atque in primis, tota quoque ipsa inter se differunt, uidelicet, aut eo, quod alia habeant, alia careant: aut situ, & ordine, aut differentijs, quas antehac exposuimus, id est specie, excessu, proportione, & affectu contrarietate. Sed primum partes hominis explicare debemus. Ut enim numos ad id quod sibi quisque exploratū, certumque habeat, probare solet, ita cæteris quoque in rebus agendum est. At homo animalium maxime omnium notum nobis necessario est. Partes igitur hominis exteriores, & si non sensum effugiunt, tamen ne sequela, & series continuanda doctrinæ prætermittatur, atque etiam ut sensum ratio comitetur, partes primum enumerabimus officiales, siue instrumentales, deinde similarium ordinem prosequemur. 20

De summis in hominis corpore partibus, & quid caput, quid item thorax sit. Caput VII



Vmmæ igitur partes, in quas primas totum diuiditur corpus, hæc sunt: caput, collum, thorax, brachium duplex, crus duplex. Thoracem eam partem appello, quæ à collo ad pudenda usque trunca pertendit. Capitis autem pars, quæ capillis intacta est, calua appellatur, cuius pars prior sinciput, nouissime consistere solita. Omniū enim ossium corporis, ultimum id concrefcit, & induratur. Posterior occiput est. Media inter occiput & sinciput, uertex. Cerebrum sincipiti subditum est: occiput inane. Calua ipsa sanè tota, os 30 rarum, rotundum, cute gracilentia obductum est. Habet suturas, quæ mulieris est, unam in orbem: quæ autem uiri, tres in idem magna ex parte coeuntes. Iam uisum etiam sine ulla sutura caput uiri est. Verticem caluæ, medium discrimen, & æquamentum capillorum uocamus: quod nonnullis geminum est. Sunt enim qui facti à natura biuertices sint, uerum non osse, sed capillorum æquamento.

Quid facies in homine. Caput VIII



Faciem partem eam nominamus duntaxat in homine, quæ caluæ subiecta est. Nam piscis aut bouis faciem dicere non solemus. Partes faciei frons, quæ sub sincipite posita inter id ipsum, & oculos est. Quibus hæc magna, segnes: quibus parua, mobiles: quibus lata, mente moueri idonei: quibus rotunda, iracundi. 40

De supercilijs, oculis, palpebris, cilijs, pupilla, nigro, candido, angulis: & de ijs animalibus quæ oculis careant. Caput IX



Supercilia sub fronte bipartito distincta: quæ si in rectum porriguntur mollem subesse animum significant. Si iuxta nasum inflexa sunt, austerum notant, & acerbum. Sed si iuxta tempora inflectuntur, derisorem dissimulatoremque indicant: si uero in totum demissa, notam inuidiæ habent. Oculi ijs subiacent duo, legitimo scilicet naturæ officio: quorum partes

partes superius inferiusq; tegentes, palpebræ appellantur. Pilos, qui extremo palpebrarum ambitui adherēt, cilium nominamus. Humor oculi interior, quo uideamus, pupilla est. Quod eam ambigit, nigrū dicitur. Quod postremo nigrum circumdat, candidum, siue albugo. Pars cōmunis superioris, inferiorisq; palpebræ, angulus est, quem duplicem uterq; oculus habet: alterū iuxta nasum, alterum iuxta tempora. Qui si iusto sunt longiores, notam morum maleficorū præbent: si carnosiores, re pectunculorum sunt, qui naribus iunguntur, malitiam præferunt. Habent profectò oculos, tum cætera animalium genera omnia, præterquam testa intecta, & si quid imperfectum aliud est: tum ea, quæ animal generant omnia, præter talpam: 10 quam modo quodam habere dixerim, cum tamen omnino habere negem: quippe cum omnino quidē nec uideat, nec perspicuos habeat oculos. Verum si quis prætentam membranam detrahāt, locus oculorum apparet, & pars nigra eorundem: situs deniq; & descriptio eadem, quam legitimam conspicui oculi obtinent, utpote cum obducta cute oculi pressi, confusi, oblæsiq; essent, dum crearentur.

De oculorum uarietate in quibusq; animantibus.

Caput X



20 **O**andidum oculi magna ex parte simile in omnibus est. At quod nigrum dicitur, uariat. Alijs enim atrum, alijs admodum cæsum, alijs fuluum, alijs caprinum, quod morum optimorū indicium est, & ad cernendi claritatem primatum obtinet. Solus ergo potissimum animalium homo numerosa oculorum uarietate notatur, quum cæteris in suo singulis genere, color sit idem, equis exceptis, qui interdum oculis proueniāt cæsijs. Sunt oculorum alij grandiores, alij parui, alij modici, qui optimi habentur: item alij nimium prominentes, alij conditi, alij modice siti. Qui conditi sunt, clarissime cernere in genere quoq; brutorum animalium possunt. Modicus tamen situs, nota morum est optimorum. Et, aut nimium conuiuent, aut rigidi, intentiq; constant, aut modice nutant. Notam morum laudabilium habēt, qui mediocriter conuiuent. Reliquorum alteri impudentiæ, alteri inconstantia indices sunt.

De aure, naso, temporibus, maxillis, labris, gingiuis, dētibus, lingua, palato, columella, eorumq; in quibusq; animantibus differentijs.

Caput XI



30 **A**uris, pars capitis qua audimus, est, ita ut nulla spiratio desideretur. Errat enim Alcmaeon, qui capras spirare per aures credidit. Auris pars exterior, cui est nomen auriculæ, parte constat superiore, pinna; inferiore fimbria: tota autem ipsa ex cartilagine, carneq; constituta est. At pars interior forma anfractui cochleæ similis desinit in os, quod auriculam planè imitatur, in quod quasi nouissimū uasculum strepitus deuenit. Hinc meatus ad cerebrum nullus est. At in oris palatum usq; semita pertendit, & uena de cerebro descendit eodem. Oculi quoq; in cerebrum finiunt, & uterq; positus super uenula est. Aures homini tantū immobiles: nam eorum quæ sensum obtinent 40 audiendi, alijs auriculæ sunt, alijs desunt, meatusq; patent ipsi audiendi, ut ijs quæ penna, aut cortice, squama ue integuntur. At ea quæ animal generant, omnia auriculas habent, excepto uitulo marino, & delphino, & reliquis ita cetarijs. Nam & quæ cartilaginea appellauimus, animal pariunt. Verum homo unus, aurem non mouet. Vitulus ergo marinus meatus continet manifestos, qua audit: at delphinus audit quidē, sed nullis cauernis, quæ uicem præstent aurium. Cætera suas auriculas omnia mouent. Situm aures hominis eundem in orbe, quo oculi obtinent: non ut quadrupedum nonnullis positæ superius sunt. Aurium aliæ leues, aliæ pilosæ, aliæ medium tenent, quæ quidem ad audiendū aptissimæ sunt. Morum hinc præscita nulla habentur. Item aliæ maiores, aliæ paruæ, aliæ mediocres: & aut nimium, aut

B

parum, aut mediocriter arrectæ. Notam moram optimorū habent quæ mediocres. At quæ magnæ, arrectæq̄, ultra modum stultitiæ indices sunt, aut loquacitatis. Partem inter utrumlibet oculum, & aurem, & uerticem positā, tempora appellamus. Item pars faciei nasus, quæ meatū præbet spiritui: aërem enim ea parte reddimus, & accipimus. Sternutamentū quoq̄ eadem agitur parte, quod flatus uniuersi eruptio est, signum augurale, & unum ex spirituum omnium generibus sanctum, & sacrum. Tum etiā spiritum trahi in pectus, & inde reddi necesse est: quod fieri non potest, nisi naribus spiremus: cum reciprocatio spiritus de pectore per gurgulionē, non de capite parte aliqua actitur: sed datur uiuēdi facultas, etiam si desit spiratio. Olfactus quoq̄, id est, sensus odoris, hac eadem parte sumministratur. Mobiles esse nares natura uoluit, nec sicut aures immobiles sua compage. Pars nasi, quæ cartilaginea nares discriminat, interseptum uocamus. Meatum uero utrunq̄, inane. Nasus enim bipartito distinctus est tramite. Elephātis proluxa, ualidaq̄ naris augetur: eiusq̄ usus idem qui manus: ea nanq̄ cibos tam siccos quā humidos colligunt, capiunt, & in os admouent soli animantium omnium. Est præterea maxilla duplex, cuius pars prior mentum, posterior mandibula est. Mouent animalia omnia maxillam inferiorem, crocodilo fluuiatili excepto: Is enim unus superiorē mouet. Labra mox à naso habentur, caro permobilis. Quod autem intra maxillas, & labra describitur, os est: cuius partes palatum, & fauces. Inest pars sentiens saporem, lingua, uim istam sentiendi præcipue obtinēs parte sui primore. Nam si interiore tangat, minus sentiet. Omnia præterea quæ caro sentire potest, lingua etiam potest: ut durum, calidum, frigidum, sua quauis parte, sicut & saporem. Hæc aut lata est, aut angusta, aut mediocris, quæ quidē optima, & explanatissima est. Item aut absoluta, aut constricta, qualis tortorum, balborumq̄ est. Carne soluta, rara, fungosa, lingua cōstat. Eius pars quædā ligula est. Bifida oris compago, tonsillæ. Multifida gingiuæ appellantur: carne hæc cōstāt, intusq̄ dentes ossi coherent. Parte uero penitiore partícula pendet, alia uuigera, uenæ applicata, columella nomine, quæ si immodice humefacta intumescat, inflammeturq̄, nomine uuæ uocatur, & strangulat.

De collo, pectore, eorumq̄ partibus.

Caput XII



Ollum, quod inter pectus, & faciem est. Cuius pars prior guttur, posterior gula. quantumq̄ colli ipsius cartilagineum priorem obtinens situm, uocem transmittit, & halitum, id arteria nominatum est. At uero quantum interius carneum spinæ præiacet, gula dicitur. Pars autem posterior colli extrema, ceruix appellata est. Partes thorace tenus dispositæ hæc sunt. Thorax ipse parte priore, posterioreq̄ cōstat. Mox à collo pectus priorem obtinet situm bipartitum, in mammam parte sui utraq̄ extuberans. Mammis laxior contextus corporis est, iuncta papilla, per quam foeminis lac transmissum elicitur. In maribus etiam lac fieri potest: uerum caro ipsa spissa, mulieribus fungosa, foraminulentaq̄ est.

De uentre, inferioribusq̄, usq̄ ad seminale membrum.

Caput XIII



Enter infra pectus est parte priore, eiusq̄ radix umbilicus est. Cui radici pars subiecta in latus utrunq̄, ilia dicitur. Quæ autē recte subiungitur, sumen est, siue abdomen. Cuius postremum, aquaticulus. Sed super umbilicū hypochondriū est, à cartilagine, quasi subcartilagium denominatum. Cauum autē commune subcartilagi, & ilium, chologo est. Partem posteriorem lumbi pari structura præcingunt, unde nomen osphys inditum est. Partis uero excretoriæ, quod subditum quasi stragulum est, nates appellatur. In quo autē femur uersatur, coxa, & acetabulum. Pars foeminæ propria, uterus



uterus, aut uulua est. Maris, penis, foras postremo thorace propendēs, parte sui pri-  
ma carne propemodum constās, & æquabili facie turbinata. Nomen à glande pars  
hæc mutuata est: quam quæ integit cutis, uacat nomine: quæ uulnere obducto coa-  
lescere nequit, sicut nec genæ, aut palpebræ præcisæ reduci ad unitatē queūt. Totū  
tamen, quod ex ea cute, glandeque cōstat, præputium est. Reliqua pars cartilaginea  
est, & augeri ampliter potest, & ingredi, atque egredi contrā, quæ iumentorum. Subia-  
cent membro genitali testes gemini, cute obducti, quod scrotū nominamus. Testes  
ipsi nec eiusdē naturæ sunt, cuius caro, nec multū à carne dissidēt. Sed quæadmodū  
hæc se habeāt, ac oīno de cæteris huiusmodi partibus, postea accuratius differemus.

10

De uarietate seminalis membri, uiri, &amp; mulieris.

Caput XIII



**M**ulieris autem genitale contrā, quā uiri formatum est. Cauum enim  
subditū pubi est, nō sicut maris propensum, ac prominens. Ceruix ab  
utero effertur, accessum prolifico maris semini præbēs. Exitū humidī  
excrementi suo sexus uterque genitali habet subministrandū. Commu-  
nis colli, & pectoris pars, iugulū est. Costæ, brachij, & humeri, ala. Fe-  
moris, & imi uentris, inguen. Pars item interior femoris, & natis communis, coles:  
exterior, subnatale. Thoracis iam partes omnes primores diximus.

De dorso, cæterisque partibus posterioribus.

Caput XV

20



**D**orsum ponē, pectus est. Cuius partes scapulæ, & spina, infraque re-  
gione uentris, lumbi habentur. Communes autē partis superioris, infe-  
riorisque, costæ octonæ. Nam de hominibus gentis turdulorum, quos  
septenis costis ferunt creari, nullius idonei autoris testimonio constat.  
Habet sanē homo suas partes ita dispositas, ut in eo & superius sit, &  
inferius, & prius, & posterius, & dextrum, & sinistrum. Constat sanē dextrum & si-  
nistrum ex similibus ferē partibus, atque eisdem. Verum sinistra omnia sunt imbecil-  
lora. At posteriora prioribus, & superiora inferioribus discrepant: præterque quod  
inferiora similitudinem superiorem præferre ea dixerim ratione, qua uenter imus  
respondere assolet faciei, in corpulentia, uel gracilitate: & crura cum brachijs com-  
munem ineunt rationē. Itaque quibus cubiti breues, ijs etiā femora magna ex parte  
breuia sunt: & quibus pedes exigui, ijs manus quoque parua habentur. Membri ue-  
ro superioris bipartitam compactiōnem, brachium, siue ulnam appellamus. Cuius  
partes, lacertus agilis, gibber, cubitus, manus. Partes manus, palma, & digiti quinque  
numero. Digiti pars quæ se inflectit, nodus siue articulus est: quæ rigida constat, in-  
ternodium dicitur. Digitus pollex nuncupatus, uno inflectitur nodo, cæteri binis  
adducuntur. Inflexus uero, tum brachij, tum digitorū omnium agitur in interiora.  
Brachium ad gibberum appellatū inflectitur. Nodus quo cum brachio manus iun-  
gitur, coartaturque, brachiale uocamus. Pars interior manus uola dicitur: carnosā est,  
& scissuris uitæ indicibus distincta: longioris scilicet uitæ, singulis aut binis ductis per  
totam: breuioris binis, quæ nō longitudinē totam designent. Exterior neruosa est,  
& nomine carens. Membri inferioris bipartita compactiō crus est. Huius femur,  
quod biceps. Mola, quod locum orbiculatum foris adiectum est. Tibia, quod gemi-  
no osse subiacet. Cuius pars prior crea, posterior sura, caro neruosa, uenosa ue, alijs  
retracta à poplite, quibus nates sunt pleniores: alijs detracta, quibus graciliores. Po-  
stremū cruris malleolus geminus utriusque partitus lateri est. Pes autē, quod multiplici  
osse constat. Cuius pars posterior calx, prior discreta in digitos quinque est: media  
plantæ nomine explicatur, cuius quod carnosum inferius, solū attingit. Vestigium  
est, quod superius, pronam conficit partē, neruosum, & nominis adhuc indigū est.  
Hæret summis digitis unguis, & nodus interuenit: sed non nisi uno inflexu addu-

B 2

cuntur. Quibus pars interior plantæ nō caua, sed ita pleniūscula est, ut solum toto attingat uestigio, ij uersuti sunt, & fraudulentī. Cōmune femoris, & tibiæ, genu poplesq; est. Partes maris, ac fœminæ cōmunes hæ sunt: quarū situs, quemadmodum ad superius, inferius, prius, posterius, sinistrū, dextrū se habeat, tametsi per corporis summa uisu explorat, ac patet, describendus tamen is quoq; recitandusq; est eadem illa de causa, qua superiora enumerauimus omnia, scilicet ut series cōmentandi seruetur perpetua, dum ordinē persequimur omnium, quo minus lateāt ea, quæ non modo eodē homines, quo cætera animalia possidēt. Ergo superiora, inferioraq; hominem omnium maxime animalium habere, ratione locorū naturalium intelligimus. Eius enim partes tam superiores q̄ inferiores, ad situm orbis uniuersi superiorem, 10 inferioremq; dispositæ sunt. Iidem quæ priores, posterioresq;, atq; etiā dextræ, sinistraq; habentur: cum cæterorum animalium genus, uel omnino respectu eiusmodi careat, uel cōfusus ita cōstet. Caput itaq; cæteris omnibus superiorē obtinet situm, corporis sui ratione. At homo, quoniam (ut modo diximus) ad uniuersi orbis habitum institutus est, idcirco partē etiā istam habet respondentē parti sublimi uniuersi. Caput, ceruices, & collum, excipiūt tum pectus & dorsum. Alterū prius, alterum posterius est. Subiacent ijs uenter, & lumbi, genitale, & nates: mox femur, & tibiæ: postremo pedes. Crura uero anteflectūt, eodē scilicet quo & incedūt. Pedis etiā pars mobilior eodē se flectit. Calx ē tergo positus est. Malleoli, sitū imitantē aurium: quippe qui latera teneāt imi cruris, quomodo aures iunctæ lateribus capitis habentur. Brachia 20 ex latere corporis sinistro, dextroq; dependēt, atq; se introflectūt, ita ut homini potissimum de uera crurum & brachiorum aduersa inter se sint. Sensus autē, partesq; eorū sensorias, oculos dico, nares, linguā, eodem scilicet priorē in partē spectantes habemus. At auditū, eiusq; partem sensoriam, id est aures, à latere, eodē in orbe, quo oculos. Distāt oculi hominis sibi interuallo, proportionē magnitudinis respectu cæterorum animalium, minimo. Tactus ē sensibus homini exquisitissimus, deinde gustus: reliquis superatur à multis. Ita partes exteriores collocatæ, atq; dispositæ sunt, nominanturq; præcipue, & cognitæ per usum, situmq; euidentiorē habentur.

*Cum quibus animantibus hominis cerebrum, gula, arteria, & uenter conueniant.*

Caput XVI



T uero interiores contra. Sunt enim hominum in primis incertæ atq; incognitæ. Quamobrem ad cæterorū animalium partes, quarū similes sint humanæ, referentes, eas cōtemplari debemus. Primum igitur cerebrum capitis priorē obtinet situm, non modo in homine, uerum in cæteris etiā animalibus, quibus ea pars data est. Omnibus autem in ijs est, quæ sanguinē obtinent, & ob eam rem sanguinea appellatur: atq; etiā quæ mollia nomine speciali nuncupantur. Sed homo plurimum cerebri proportionē magnitudinis, ac humidissimum habet. Continent id membranæ duæ: altera ossi adhaerens, ualida: altera ipsum cerebrum attingēs, infirmior. Bipartitum omnium cerebrum est, postremumq; iūgitur, quod cerebellū appellatur, quod certe & tactu, & specie formam 40 habet diuersam. Pars uero posterior capitis, inanis, & caua omnibus est, prout in singulis magnitudine uariatur. Quibusdā enim caput grande, facies subiecta capiti parua, ut quæ rotūda sunt facie. Alijs caput paruū, maxillæ longæ, uelut generi omnium mētorum. Cerebrū omnibus priuatū sanguine est, nec uenā intra se ullā continet, & ad tactum frigidū per naturā est. Habet suo in medio plerisq; omnibus cauum quoddā exiguum: membrana obhærente uenosa, cuticulariq; obducitur. Osse postremo cōtinetur tenuissimo, infirmissimoq; omnium capitis ossium, cui nomen occipiti. Meatus ab oculis terni ad cerebrū pertinet, ita ut maximi, & mediocres ad cerebellū tendāt, minimi ipsum cerebrū adeant. Minimi ij sunt, qui propiores naribus

bus oriuntur. Maximi porrò illi æqui distāt, nec usquam coire possunt. Mediocres  
 coeunt; quod præcipue in genere piscium patet: & cerebro sunt ij propiores, q̄ ma  
 gni. Minimi per q̄ laxo inter se distant interuallo, & nunq̄ ob eam rē possunt coire.  
 Gula intra collū est, ab angustia & longitudine nūcupata: cui comes arteria iūgitur,  
 priorē obtinēs sitū in omnibus ijs, quæ eam habere naturæ placuerat. Habēt autem  
 omnia, quibus pulmo est. Natura cartilaginis arteria constat, & sanguinis per q̄ exi  
 gui compos est, uenulis cōplexa tenuibus. Quod ad superiora, id est oris habitum  
 pertinet, e regione posita est foraminibus nariū, quæ in oris partem patefcūt. Vnde  
 fit, ut quoties inter bibendū humor retrahitur, effluat ex ore per nares. Iūgitur lin  
 10 guæ postremæ, quæ ligula nominata est, posita inter ea, quæ modo dixi, foramina:  
 uidelicet apta, quæ per uices arteriæ foramentū, quod ad os spectat, operiat. Arteria  
 altero sui extremo, cū lingua ima cōiungitur, altero ad pulmonis intercapedinē de  
 scēdit, tum in utranq̄ finditur partē pulmonis. Esse nancq̄ bipartitus pulmo omniū  
 expetit. Verū in ijs, quæ animal generāt, distinctio non æque apparet, minimeq̄ in  
 homine. Est præterea hominis pulmo simplicior, nec ita multifidus, ut nonnullorū  
 animal procreantiū est, nec leuis, sed inæquabilis est. At in ouiparo genere, ut auis  
 bus, & quadrupedibus, quorū partus oui primordio inchoari solitus est, pars altera  
 pulmonis multū discissa ab altera est, ita, ut binos habere pulmones uideātur. Atq̄  
 à singulari arteria partes in utranq̄ pulmonis latus duæ dependent. Venæ quoq̄  
 20 maiori, ac alteri, cui nomen est aortæ, pulmo connectitur. Spiritus uero quoties in  
 flatur arteria, caua subit pulmonis. Hæc mucronata specie cartilagineis diducuntur  
 corpusculis, de quibus foramina quoquouerſus per diminutiones arctioribus, sub  
 inde ampliora excipiētibus transmittuntur. Cor etiā arteriæ iungitur, obesis, cartila  
 gineis, fibrosisq̄ uinculis: & qua annectitur, cauum est. Spiritus dū arteria inflatur,  
 an subeat cor, minus in nōnullis cōstat scilicet minutis. At in grādiōribus animalū,  
 spiritum cor subire ipsum apertum est. Arteria ita se habet: & accipiēdi, reddendiq̄  
 tantūmodo spiritus officio fungitur. Nihil etenim aliud uel siccum, uel humidū pa  
 ti ipsa uidetur: sed ubi in eam tale quid deerrauerit, tandiu torquetur, dum excutiat  
 quod delapsum est. Gula ab ore & ipsa dependet, continua tum spinæ, tum arteriæ  
 30 nexu fibrarum: & per septum transversum in uentriculū finit, carnis speciem refe  
 rens, & pariter distendi in longum latumq̄ habilis. Ventriculus autē humanus ca  
 nino similis est, quippe qui nō multo amplior sit, quā intestinū, sed quasi intestino  
 similis ampliori. Tum intestinū simplex flexuosis orbibus est, à quo proximū inte  
 stinum admodum amplum. Aluus autē ipsa suillæ similis est: quippe quæ & ampla  
 sit, & quod usq̄ in sedē porrigitur, breue id, corpulētumq̄ transmittat. Omentum  
 medio à uentre dependet, quod non nisi pinguis membrana est: sicut etiā in cæteris  
 animantibus, quæ unum continent uentrem, & utraq̄ parte oris dentata sunt. La  
 ctes super intestina positi sunt, qui & ipsi latiore constāt membrana, & pinguescūt.  
 40 Pendent ex uena maiore, atq̄ aorta, uenasq̄ per multas frequenti concursu dese  
 runt ex pari illo uenarum grandium ad intestina, de summis ad ima usq̄ spargen  
 tes, Gula, arteria, uenter, ita se habent.

De corde hominis, cæterorumq̄ animantium, & eius sede.

Caput XVII



Or sinum triplicē continet, iacet paulò à pulmone superius ad arteriæ  
 fissuram, opertum membranæ inuolucro pingui, & corpulento, qua  
 uenæ maiori adnectitur, & aortæ. Iungitur cum aorta suo mucrona  
 to turbine, in pectusq̄ parte eadem uergit omniū pariter, quæ pectus  
 sortiuntur. Omnibus uero tam pectore cōstitutis, quā ea ipsa parte  
 carentibus, cor æque suo mucrone in partem uergit priorem: uerum latere sapius

B 3

Lactes reddit  
 Theod. pro me  
 senterio. Quo  
 modo autē ex  
 cusetur, uide a  
 pud Hermol.

potest, quoniã dissecto animãte dimoueat. At parte sui ampliore, & gibba, superiora corporis spectat. Habet maiorẽ partem sui mucronis carnosam, & spissam, & neruulos suis in cauis continet. Situm cãteris animalibus in medio pectore est, in quibus scilicet pectus inest. Homini tantũ in partem sinistram potius uergit, paulò à mammãrũ distinctione ad læuam inclinã papillam pectoris parte superiore: nec magnũ est, & specie tota nõ oblongũ, sed rotũdius. Parte tamẽ extrema in acutũ se colligit, exitq; penẽ in mucronẽ. Habet, ut modo exposui, sinum triplicem: maximum dextro in latere, minimum in sinistro, medium magnitudine inter sinistram & dextrum. Omnes ad pulmonem foraminibus peruij redduntur. Quæ res in uno tantũ perspicua est. Inferius uero à nexu suo, maximo sinu uenæ coniungitur maior, ad quam lactes etiã sunt. Sinu autẽ medio aortæ annexum est. Quinetiam ad pulmonẽ meatus à corde ducuntur perpetui, finduntq; eodem, quo arteria, modo, in omnes pulmonis partes: & meatus, qui eodem ab arteria tendunt, sequuntur. Verum hi superiorem obtinent situm, neq; ullo communi foramine ad illos commeant, sed sua ipsi copulatione spiritum, quem cordi transmittant, recipiunt. pertinet enim alter ad cauum dextrum, alter ad sinistram. De uena maiore, ac de aorta separatim ratione cõmuni post differemus. Sanguinis autẽ plurimũ pulmo ex cãteris cõtinet membris, quæ animal pulmonis compos, idemq; uitiu parum intus, foris uero constituunt: quippe qui totus inanis sit, & fungosus, ac riuulos uenæ maioris singulis suis fistulis excipiat. Errant enim qui sanguinis uacuum pulmonem esse arbitrantur, decepti scilicet cõspectu eorum pulmonũ, quos dissectis detraxerint animalibus, quorũ sanguis ilico effluit uniuersus. Cor unum ex reliquis uisceribus sanguinem habet. Et cum pulmo nõ intra se, sed in uenis cõtineat sanguinẽ, cor eundẽ intra se cõtinere apertũ est: singulis enim suis sinibus sanguinẽ tenet, uerũ tenuissimum medio. Sub pulmone septũ transuersum pectoris est, quæ præcordia, & cinctum appellãt, costis, & subcartilagineis, & spinæ annexũ, parte mediã tenuẽ, membranaq; exilitate contextũ. Venas etiã per se continet porrectas. Sunt porrò hominis uenæ crassæ proportionẽ humani corporis.

De iecinore, liene, felle, renibus & uesica.

Caput XVIII



**L**Ecur supra septum positum à dextro latere est. Lien à læuo æque in omnibus, quæ membra ista disposita habent per naturam, non prodigiose. Iam enim legitimũ illum locum in nonnullis quadrupedum lienem cum iecinore permutasse uisum est. Ventri lien annectitur, quæ omentum obducit. Est hominis lien suillo similis, sed specie angusta, & longa. Iecur magna ex parte, maximoq; animalium numero felle caret. Verum in nonnullis id habere sibi adnexum uidetur. Rotundum iecur hominis est, ac simile bubulo. Fellis priuationem uel in uictimis nõ nusquam percipi certum est: quippe cum parte quadã agri Chalcidici Euboiaẽ fel nullũ pecori sit. At in Naxo, omnibus ferme quadrupedibus adeò grande, ut qui sacra fecerint aduenæ stupefãt, rem scilicet prodigij loco sibi arbitrãtes, nõ talem esse naturam terræ illius quadrupedum. Iecur uenæ maiori adnexum est, nulla ex parte aortam attingens. Vena enim quæ à maiore proficiscitur, iecur transigit, qua portæ appellatæ iecoris habentur. Lien quoq; uenæ uni maiori adnexus est. uena enim inde ad lienem pertendit. Renes post hæc iuxta spinam ipsam adherẽt, bubulis similes. Dexter in omnibus, quibus sunt renes animalibus, superiorem obtinet locum, minusq; pingui obducitur, & siccior est: quod uel in omnibus æque liquidò manifestatur. Pertinẽt ad renes meatus tam ex uena maiore, quã ex aorta, sed non ad cauum. quod alij amplius, alij arctius sua mediã parte continent: præterquam in uitulo marino, cuius sanẽ renes, quamuis bubulis similes sint, tamen omniũ solidissimi uisuntur. Meatus uero qui eò

eò pertinent, omnes in renum corpus absumuntur: cuius rei argumentū est, quod sanguine carent, nec intra se quicquam concrefcere ostendunt. Habent igitur, ut modo dixi, sinum exiguum, à quo meatus duo insignes ad uesicam deueniūt. Alij etiam ex aorta frequentes, ac ualidi eodem pertendunt. Ex medio autē renum singulorum uenæ singulæ, cauæ, neruosa dependunt, spinam prætereuntes ipsam angusto itinere: tum in utranq; abolentur coxam, ac denuò ibi porrectæ apparent, demumq; in uesicam descendunt. Hæc enim loco ultimo posita est, meatibus annexa illis porrectis à renibus ad ceruicem, urinarium producentem meatum, & ferè circumundiq; extenuatis in fibras membranulis proximis, quodammodo septo illi transuerso pectoris deligata. Est profectò uesica hominis proportione, quam cæterorum, amplior.

De genitali membro, & testibus: quibus uel corporis partibus mas à foemina dissentiat.

Caput XIX



Genitale ceruici uesicæ adnectitur, foramine foras directo peruium: sed paulò inferius altero intra eandem semitam cõuio deductum. Quorum foraminum alterū ad testes, alterum ad uesicam, neruosum, cartilaginofumq; tendit. Testes ex eo maribus pendēt: de quibus postea partium communi examine, quemadmodum se habeāt, differemus. Hæc eodem modo uel in sexu foemineo omnia natura conformauit, atq; disposuit. Nulla enim parte interiore sexus inter se differunt, nisi utero: cuius forma qualis nam sit, ex confectionum descriptione petendū, expectandumq; est. Situs eius ad intestina infra aluum à parte priore: tum uesica iuncta supra uterū est. Sed de uteris quoq; pariter omnibus differendum postea est. Neque enim similes dati omnibus sunt, nec forma simili constituti, si uterus cæterorum quoq; animalium uulua dicenda est. Partes hominis, tum interiores, tum exteriores, has, talesq;, & ad hunc modum haberi perspectum est.

## ARISTOTELIS STAGIRITAE DE

HISTORIA ANIMALIUM LIBER SECVNDVS,  
INTERPRETE THEODORO.

Quæ animalia in quibusdam conueniant, in quibusdam autē differant. Caput I



AETIORVM animalium partes, aut cõmunes omnium sunt, ut superiore uolumine explicatum est: aut aliquorum generum propria. Eadem autē, diuersæ uel inter se sunt, eo modo quo superius dictum est: quippe cum omnia ferè animalia genere diuersa, partium quoq; suarū plurimas specie habeant diuersas: & aut proportione tantū easdem, genere autē diuersas: aut genere tantū easdem, specie autē diuersas. Sunt etiam complures, quæ alijs datae, alijs denegatae sunt. Ergo quadrupedes quæ animal generant, caput, collum, & omnes capitis partes sortiuntur: uerum ipsæ singulæ partes forma inter se differunt. Iam leoni ceruix osse uno rigida constat, nec uertebriis ullis iungitur. Interiora autē omnia canibus similia continentur. Habent quadrupedes, quæ animal generant, omnes uice brachiorum crura priora: sed præcipue, quæ multifida sunt, hæc manibus suo digitato pede respondent. hoc enim ad plura quasi manu utuntur. Partem etiam laeuam minus quam homo absolutam habēt, & agilem: excepto elephanto, qui digitos numero quinq; indiuisos, leuiterq; discretos, crura priora multo posterioribus longiora, & malleolos posterioribus imis cruribus possi